 ad decursum superati temporis. Post exspiratum vero annum praefa-
ta bona eadem libere dimittet in qua praefati Famorszi ingre-
dientur et nullam per se violentiam facient. Cui in quantum prae-
fatus Nicolaus Broniowski cum suis successoribus contravenire non
debebit sub vadio in originali inscriptione contento.

Eorundem

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus
castren. Premislien. Nobiles Lucas et Andreas Famorszi
fratres germani a iure suo suis propriis quibusvis eorundem Ju-
re ponti castren. Premisliensi iurisdictioni se submittentes bonisque
sua universa quoad actum effectumque inscriptionis praesentis attinet
incorporando et subiiciendo mente et corpore sani existentes publice pu-
re expressumque recognoverunt. Quia se et successores suos ex
omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus summisque pe-
cuniariis generoso Nicolao Broniowski et illius succes-
soribus obligant et inscribunt. Quia quod si et in quan-
tum sibi idem Nicolaus Broniowski summam mille et
septingentorum flor. pec. inscriptionibus castren. originali
et adscriptitia eisdem per ipsum in bonis villarum Woszcza-
nicze, Worczowice, Kosztyn et Samicze inscript. pro die
et festo sanctorum Innocentium proxime et immediate ven-
turo solverit, ac circa acta praesentia castren. Premisli-
ensia deposuerit. extunc praefati Famorszi tenebuntur
eundem Nicolaum Broniowski tam de summa praefata ori-
ginali et adscriptionali quam et vadiis ac tam litis et succumbi-
tis et quorum vigore in possessione extant quietare inscript-
ionesque praefatas cassare et expurgare, bonaque praedicta
ab inscriptionibus et vadiis praetactis munda et libera face-
re sub vadio mille septingentorum flor. pec. monete
polonicalis in casu praemissorum non completionis per ipsos
Famorskis et illorum successores eidem Nicolao Broniowski
et illius successoribus ad solvendum irremissibile et de facto suc-
cumben. Pro quo quidem vadio si se praefati Famorski
cum successoribus citare permiserint extunc a iure suo quo-
vis terrae eorundem coram castren. capitaneali Premislien.
officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare
parere respondere ac pro praefato vadio omnibus exce-
ptionibus, controversiis, praescriptionibus, suspensionibus, mo-
tionibus, appellationibus earumque prosequutionibus ad quietatio-
nem de parte vera vel simplici inferendibus, actione
pro maiori, legalibus quibusvis impedimentis, poena trium
marcarum et triplici poena ac aliis omnibus pene dilationi-
bus iurisque remediis in partem reiectis satisfacere tene-
buntur. Quotiens opus fuerit cum suis successoribus tenebuntur et
ita praescriptione terrae in praemissis obstan.

Kopistenski cedit de iure Fredro

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castren. Premi-
slien. Nobilis Kaczko Kopistenski Kostowicz frater germanus olim No-
bilis Ivan Kopistenski, tutor legittimus Nobilium Fienka, Annae, Ku-
lina, Nastazie filiarum et successorum legittimarum praefati olim Ivan Ko-
pistenski a iure suo quovis terrae eorundem sese vero ponti castren. Pre-
mislien. iurisdictioni se submittens bonaque sua universa quoad actum effe-
ctumque inscriptionis praesentis attinet incorporando et inscribendo mente et cor-
pore sanus existens publice per expressumque recognovit. Quia de omni
iure et inscriptione castren. Premislien. per Nobilem Georgium Ceskow-
ski super summa centum florenorum pecuniae in bonis sorte Ceskow-
skie inscript. et easdem filias concernente cum omni iure dominio pro-
prietate ac cum omnibus et singulis fructibus proventibus redditibus
atteren. utilitatibusque universis nil excipien. generoso Joanni Fre-
dro de Pleszowicze eiusque legittimis successoribus cedit et condescen-
dit omneque ius in ipsum transfundit et incorporat. Nil sibi et
praefatis filiabus in eisdem bonis iuris reservan. et excipien.
Et iam sibi extunc in bona praefata cedit et admittit realem citiorem
et actualem pacificamque possessionem per ministerium terrem quemcunque
iam extunc per officium praesens ad id additum. Nihilominus ta-
men praefatus Kaczko Kopistenski se et suos successores super omni-
bus bonis suis eidem Joanni Fredro et illius successoribus obligat
et inscribit praefatas filias dum nuptui traditae fuerint ad acta
terrestria Premislien. pro primis terminis terrestribus seu pro pri-
ma adiornatione terrestrium Premislien. post quod eorum primum post
contractum matrimonium cuiuslibet earum Premisliae celebratum fue-
rit adducere et statuere. Quae statuta qualibet pro interesse
suo de inscriptione praefata castren. Premislien. ex consensu ma-
riti sui tenebitur condescendere omneque ius suum quodcunque ipsam
in bonis praefatis concernebat in praefatum Joannem Fredro et
illius successores incorporare sub vadio centum flor. pecun. Quae-
rum antiqua statuta fuerint praefatus Kaczko Kopistenski se
et successores suos super omnibus bonis suis summisque pecuniis
ubicunque habitis inscribit et obligat eundem Joannem Fredro et il-
lius successores in bonis praefatis ab omni quavis impetitione iuridi-
ca quarumlibet personarum evincere atque tociens quoties opus
fuerit tueri defendere evincere omnesque impetitiones in se bona
sua et successores assumere sub simili vadio centum flor. pe-
cuniae monetae polonicalis. Insuper etiam praefatus Kaczko
Kopistenski se et successores suos super omnibus bonis suis obligat
inscriptionem praesentem ex his actis ad acta terrestria Premislien. an-
nexum eiusdem anni transferre transportare similemque vel si-
‡ mobilibus et immobilibus summisque pecuniis ubicunque habitis ‡